



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Scientiarum compendium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Sanctissima Trinitate venies ad Virginem, & facies
 eam professionem dicendo, *Amo te*, Mater
 sanctissima, velut unicam post Christum, fiduciam
 meam. Hoc ordine descendes per omnes Cho-
 ros & Ordines Angelorum & Sanctorum, dicendo ad
 quemque, *Amo vos*, Seraphini beati, impetrate
 partem vestri amoris. *Amo vos*, Cherubini feli-
 ces, impetrate mihi partem vestrae cognitionis. Parti-
 cipate meo procedes usque ad ultimum Chorum, & ultimum
 Ordinem Sanctorum.

CONSIDERATIO XXXV.

AMOR DEI,

Scientiarum Compendium.

Verbum *Caritas*, tribus consistens syllabis, &
 quatuor literis. Et Deus Caritas est, unus in natura,
 & in personis, & septiformis gratia Spiritus Sancti,
 & quidem ex Patribus. Caritas trium syllabarum est,
 & facit similem Deo, & Sanctissimæ Trinitati: & se-
 ptem literas habet, ut conferat animæ, quam inhabitant,
 septem dona Spiritus Sancti.

O Caritas beata, Caritas divina! verbum breve
 sed immensum in virtute! Caritas breve ver-
 bum, quia via Caritatis, & Amoris est brevis, ubi via
 cognitionis est longa. Via Caritatis est brevis, quia
 & sine medio perducit ad Deum. Non amo-
 rem per amorem creaturarum, sicut cognosco Deum
 per cognitionem illarum. Breve verbum, *Amo*: & in
 brevi verbo est compendium totius legis divinæ,
 & longus ac summa Sacra Scripturæ, finis operum
 humanorum.

Quid queris? satiare desiderium sciendi, discendo
 Scientias? Tene unum verbum, quod est omne ver-
 bum, & sufficit tibi: quare unum bonum, quod est omne
 bonum, & sufficit tibi, dicebat S. Antonius, Quod non
 possung

possunt facere omnes Scientia mundi, un desiderium desiderium, hoc facit unum verbum Amor. Igitur discere solum hoc verbum, & sufficit tibi.

CONSIDERATIO XXXVI.

AMOR DEI,

Amor plenus mysteris.

Amore. Quis potest explicare significationem istarum? Mytheria, quæ continentur in verbo, & vis, quam habent, si pronuncientur, ut opus est toto corde, habent robur destruendi, & abolendi peccata, etiam infinita: Sanctificandi animas, & cunctaque, etiam contaminatam omnibus seculis, & formandi omne cor, etiam humanum ac terrenum Angelicum ac Divinum.

Præterea *Amore*, significat, *Nihil præter te, & desidero te.* Tres divinae doctrinae conclusæ in his verbis: & tres actus perfectissimi, quorum posterior semper perfectior est prior. Primum debeo amare Deum, & nihil plus quam Deum nec simul cum Deo; sed omnia sub Deo. Secundum debeo amare Deum, & omnia, quoad eius modum actu ordinare ad Deum. Tertium (qui est actus perfectissimus) debeo desiderare præsentiam Dei, & desiderio eum laudandi, & eo gaudendi in præsentia.

Dicamus ergo: *Amore. Deus meus; quia præter te: amo te, Deus meus; quia omnia propter te amo te, Deus meus; quia desidero te, & cupio esse tecum, exire de carcere corporis, & evolare ad te.*